Secreta.

Ut accépta tibi sint Dómine nostra jejúnia : praesta nobis, quaésumus; hujus múnere sacraménti purificátum tibi pectus offérre. Per Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium tuum : Qui tecum vivit et regnat.

2. *pro Ecclesia vel pro Papa*, 250.

*Praefatio.* Qui ascéndens. 8.

(M.M. ♪ = 160.)
Comm.
8.
(*sol-do*)




Postcommunio.

Praébeant nobis, Dómine, divínum tua sancta fervórem : quo eórum páriter et actu delectémur, et fructu. Per Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium tuum : Qui tecum.

2. *pro Ecclesia vel pro Papa*, 251.

# FESTUM SS. TRINITATIS.

*Duplex I. Classis.*

## IN I. VESPERIS.

*Psalmi.* 1. Dixit Dóminus. 1. f. 141. — 2. Confitébor. 2. D. 146. — 3. Beátus vir. 3. a 2. 153. — 4. Laudáte púeri. 4. E. 159. — 5. Laudáte Dóminum. 5. a. 175. — *Antiphonae ut in II. Vesperis*, 785.

*Capitulum.* O altitúdo divitiárum. *Hymnus.* Jam sol recédit. 786.

℣. Benedicámus Pátrem et Fílium cum Sáncto Spíritu.
℟. Laudémus et superexaltémus éum in saécula.

Ad Magnif.
Ant. 1. D
(*ré-la*)









*Cant.* Magnificat. 1. D. 199, *vel* 205. — *Oratio.* Omnípotens. 780.

*Et fit commemoratio Dominicae occurrentis, ut sequitur.*

Ant.
1.
(*ré-la*)




℣. Vespertína orátio ascéndat ad te Dómine.
℟. Et descéndat super nos misericórdia túa.

*Oratio.* Deus, in te sperántium, 780.

*Completorium de Dominica.*

## AD TERTIAM.

*Ant.* Laus et perénnis. 785. *Capitulum.* O altitúdo. *e Vesperis*, 786.

℟. br.
6.
(*fa-la*)



℣. Benedíctus es Dómine in firmaménto caéli.
℟. Et laudábilis et gloriósus in saécula.

AD MISSAM.

(M.M. ♪ = 152.)

Intr. 8. (sol-do)




### Oratio.

Omnipotens sempitérne Deus, qui dedísti fámulis tuis in confessióne verae fidei, aetérnae Trinitátis glóriam agnóscére, et in poténtia majestátis adoráre unitátem : † quaésumus; ut ejúsdem fidei firmitáte, * ab ómnibus semper muniámur advérsis. Per Dóminum.

*Deinde fit commemoratio Dominicae occurrentis.*

### Oratio.

Deus in te sperántium fortitúdo, adésto propítius invocatiónibus nostris : et quia sine te nihil potest mortális infírmitas, praesta auxílium grátiae tuae, ut in exsequéndis mandátis tuis, et voluntáte tibi et actióne placeámus. Per Dóminum.



Lectio Epistolae beati Pauli Apostoli ad Romanos. *Rom. 11. d.*

O Altitúdo divitiárum sapiéntiae, et sciéntiae Dei : quam incomprehensibília sunt judícia ejus, et investigábiles viae ejus! Quis enim cognóvit sensum Dómini? Aut quis consiliárius ejus fuit? Aut quis prior dedit illi, et retribuétur ei? Quóniam ex ipso, et per ipsum, et in ipso sunt ómnia : ipsi glória in saécula. Amen.

(M.M. ♪ = 152.)

Grad. 5. (fa-do)




(M.M. ♪ = 160.)

8. (sol-do)





℣. Be- ne- díctus es,



Dómi- ne Dé- us pátrum no-stró- rum,



et lau-dá-bi- lis * in saécu- la.



✠ Sequentia sancti Evangelii secundum Matthaeum. *Matth. 28.*

IN illo témpore : Dixit Jesus discípulis suis : Data est mihi omnis potéstas in caelo et in terra. Eúntes ergo docéte omnes gentes, baptizántes eos in nómine Pátris et Filii, et Spíritus Sancti : docéntes eos serváre ómnia quaecúmque mandávi vobis. Et ecce ego vobíscum sum ómnibus diébus, usque ad consummatiónem saéculi. Credo.

(M.M. ♪ = 144.)

Offert. 3. (*mi-do*)



Be- ne- dí- ctus sit * Dé- us



Pá- ter, u- ni-ge- ni- tús- que



Dé- i Fí- li- us, Sán- ctus



quo- que Spí- ri- tus : qui- a



fé- cit no- bís- cum mi- se- ri- cór-





dí- am sú- am.

## Secreta.

SAnctífica, quaésumus Dómine Deus noster, per tui sancti nóminis invocatiónem, hujus oblatiónis hóstiam; et per eam nosmetipsos tibi pérfice munus aetérnum. Per Dóminum.

## Pro Dominica. Secreta.

HOstias nostras, quaésumus Dómine, dicátas placátus assúme : et ad perpétuum nobis tríbue proveníre subsídium. Per Dóminum.

(M.M. ♪ = 160.)

Comm. 4. (*mi-la*)



Be-ne- dí- ci-mus * Dé- um



caé- li, et có-ram ómni- bus vi-vén- ti- bus confi-



té- bi- mur é- i : qui- a fé- cit no-bís-



cum mi- se- ri- cór- di- am sú- am.

## Postcommunio.

PRofíciat nobis ad salútem córporis et ánimae, Dóminus noster, hujus sacraménti suscéptio : et sempitérnae sanctae Trinitátis, ejusdémque indivíduae unitátis conféssio. Per Dóminum.

## Pro Dominica. Postcommunio.

TAntis, Dómine, repléti munéribus : praesta, quaésumus; ut et salutária dona capiámus, et a tua nunquam laude cessémus. Per Dóminum nostrum.

*In fine Missae legitur Evangelium Dominicae, ut infra.*

✠ Sequentia sancti Evangelii secundum Lucam. *Luc. 6. d.*

IN illo témpore : Dixit Jesus discípulis suis : Estóte misericórdes sicut et Pater vester miséricors est. Nolíte judicáre, et non judicabímini : nolíte condemnáre, et non condemnabímini. Dimíttite, et dimittémini. Date, et dábitur vobis : mensúram bonam et confértam, et coagitátam, et supereffluéntem dabunt in sinum vestrum. Eádem quippe mensúra, qua mensi fuéritis, remetiétur vobis. Dicébat autem illis et similitúdinem : Numquid potest caecus caecum dúcere? nonne ambo in fóveam cadunt? Non est discípulus super magístrum :

perféctus autem omnis erit, si sit sicut magister ejus. Quid autem vides festúcam in óculo fratris tui, trabem autem, quae in óculo tuo est, non consíderas? Aut quómodo potes dícere fratri tuo : Frater sine ejíciam festúcam de óculo tuo : ipse in óculo tuo trabem non videns? Hypócrita, éjice primum trabem de óculo tuo : et tunc perspícies ut edúcas festúcam de óculo fratris tui.

## AD SEXTAM.

*Ant.* Glória láudis. 785.

### Capitulum.

*2. Cor. 13. d.*

GRátia Dómini nostri Jesu Christi, † et cáritas Dei, et communicátio Sancti Spíritus, * sit cum ómnibus vobis. Amen.

℟. br. 6. (*fa-la*)




℣. Vérbo Dómini caéli firmitáti sunt.
℟. Et Spíritu óris éjus, ómnis vírtus eórum.

## AD NONAM.

*Ant.* Ex quo ómnia. 786.

### Capitulum.

*1. Joan. 5. b.*

TRes sunt, qui testimónium dant in caelo : † Pater, Verbum, et Spíritus Sanctus : * et hi tres unum sunt.

℟. br. 6. (*fa-la*)




℣. Sit nómen Dómini benedictum.
℟. Ex hoc nunc, et usque in saéculum.



## IN II. VESPERIS.

*Psalmi.* 1. Dixit Dóminus. 1. f. 141. — 2. Confitébor. 2. D. 146. — 3. Beátus vir. 3. a 2. 153. — 4. Laudáte púeri. 4. E. 159. — 5. In éxitu. 5. a. 165.

1. Ant. 1. f (*ré-la*)




2. Ant. 2. D (*ré-fa*)




3. Ant. 3. a 2 (*mi-do*)






Capitulum. *Rom. 11. d.*

O Altitúdo divitiárum sapiéntiae et sciéntiae Dei : † quam incomprehensibília sunt judícia ejus, * et investigábiles viae ejus!









℣. Benedíctus es Dómine in firmaménto caéli.
℟. Et laudábilis et gloriósus in saécula.




*Cant.* Magníficat. 4. E. 201, *vel* 208.

Oratio.

Omnípotens sempitérne Deus, qui dedísti fámulis tuis in conféssióne verae fídei, aetérnae Trinitátis glóriam agnóscere, et in poténtia majestátis adoráre Unitátem : † quaésumus; ut ejúsdem fídei firmitáte, * ab ómnibus semper muniámur advérsis. Per Dóminum.

*Pro commemoratione Dominicae.*

Ant. 8. (sol-do)




℣. Dirigátur Dómine orátio méa.
℟. Sicut incénsum in conspéctu túo.

Oratio.

Deus, in te sperántium fortitúdo, adésto propítius invocatiónibus nostris : † et quia sine te nihil potest mortális infírmitas, praesta auxílium grátiae tuae; * ut in exsequéndis mandátis tuis, et voluntáte tibi et actióne placeámus. Per Dóminum.

# FESTUM SANCTISSIMI CORPORIS CHRISTI.

*Duplex I. classis cum Octava.*

## IN I. VESPERIS.

*Omnia ut in II. Vesperis*, 809, *praeter sequentia :*

Ad Magnif. Ant. 6. F (fa-la)









*Cant.* Magníficat. 6. F. 203, *vel* 205. — *Oratio.* Deus, qui nobis. 790.

**Ad Completorium,** *et Horas Hymni cantantur in tono posito ad Horas in Nativitate Domini*, 284, *et in fine dicitur* Jesu tibi sit glória, Qui natus es de Vírgine, *per totam Octavam. Eodem modo per Octavam terminantur omnes Hymni ejusdem metri, etiam in Officio Sanctorum, nisi aliter notetur.*

## AD TERTIAM.

*Hymnus cantatur ut supra*, 323.

Ant. 2. D (ré-fa)




*Capitulum.* Fratres : Ego enim. *e Vesperis*, 810.

℟. br. 6. (fa-la)

